



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi
Parisiensis. Sententiарvm Libri IV. quibus vniuersæ
Theologiæ summa continetur**

Petrus <Lombardus>

Mogvntiæ, 1632

De ineffabili & intelligibili generationis modo. H. I

urn:nbn:de:hbz:466:1-38829

Ioan. 13. d.

nemo ipse sibi filius est. itaq; nec filius sine patre,
nec pater potest esse sine filio: semper ergo pater,
semper & filius est.

*Inuestio Ambrosii contra haereticum.**Lib. 6 cap.
cittatis, pa-
lo inferius.*

ITEM dic, inquam, mihi haeretice, Fuitne ali-
quando tempus: quo omnipotens Deus pater non
erat, & Deus erat? Nam pater esse cœpit, Deus ergo
primo erat: & postea pater factus est. Quomodo ergo
immurabilis Deus est? Si enim ante Deus, po-
stea pater fuit, utriq; generationis accessione mu-
tatus est: sed auertat Deus hanc amentiam.
Ineffabile est quomodo filius sit, & non habeat patrem pri-
orem: sicut modus generationis intelligibi-
lis & ineffabilis est.

*Cap. 5. lib.
de fide in fi-
lius.*

SED quæris à me, inquit Ambros. quomodo si
filius sit, nō priorem habeat patrem? Quero item
abs te, quando vel quomodo filium putas esse ge-
neratum? mihi enim impossibile est generationis
scire secretum mens deficit, vox silet, nō mea tan-
tum, sed & angelorū: supra potestates, & supra an-
gelos, & supra Cherubin, & supra Seraphin, & su-
pra omnem sensum est, quia scriptum est, Pax
Christi supra omnem sensum est. Et si pax Chri-
sti supra omnem sensum est, quomodo non est
supra omnem sensum tanta generatio? Tu ergo
ori manum admoue: scrutari non licet superna
mysteria. Licet scire quod natus sit non licet di-
scutere quomodo natus sit. Illud imhi negare
non hoc quærere metus est. Ineffabilis enim est
illa generatio. Vnde Esaias, Generationem eius
quis enarrabit?

Philip. 4. b.

Quidam præsumunt discutere generationis seriem. I
QVIDAM tamen de ingenio suo præsumentes,
dicunt illā generationē posse intelligi, & alia hu-
iusmodi: inherētes illi auctoritati Hierō sup Ecclēs.
In sacris scripturis, quis, sapissime nō pro im-
possibili sed p̄ difficulti ponitur: ut ibi, Generatio-
nem

*Esa. 53. b.**Tom. 7 con-
mentario.
ad cap. Ec-
clesias. 8.
Quis sicut.*

nem eius quis enarrabit? Sed hoc nō dicit Hieron.
ideo quod generatio filii ēterna plene intelligi vel
explicari possit à quoquam mortalium: sed quia
de ea aliquid intelligi, vel dici potest. quidam ta-
men hoc accipiunt dictum de temporali C H R I-
sti generatione.

Vtrum debeat dici, semper gignitur, vel semper geni-
tus est filius.

K Lib. 29. mo-

HIC queri potest cum generatio filii à patre nec ralium ea. i.
principium habeat nec finem, quia ēterna est, v- in principio
trum debeat dici, filius semper gignitur, vel sem-
per genitus est, vel semper gignetur. De hoc Greg.
super Iob ait, Dominus Deus I E S V S in eo quod
virtus & sapiētia Dei est, de patre ante tempora
nat⁹ est, vel poti⁹ quia nec cœpit nasci, nec desuit:
dicam⁹ verius semper natus, nō autē possumus
dicere semper nascitur, ne imperfectus esse videa-
tur. At vero vt ætern⁹ designari valeat & perfectus
& semper dicamus, & nat⁹, quaten⁹ & natus ad p-
fectionem pertineat, & sēper ad ēternitatem: quā-
uis per hoc ipsum q̄ perfectū dicim⁹, multum ab
illius veritatis expressione deuiam⁹: q̄a q̄ factum
nō est, nō potest dici, pprie perfectū, sed balbutiē-
do vt possim⁹, excelsa Dei resonemus. Et domi-
nus nostræ infirmitatis verbis cōdescendens. E-
stote, inquit, pfecti, sicut & pater vester cœlestis
perfect⁹ est. Super illum locum etiā Psal. Ego ho- Matth. 5.
diē genui te. De hac generatione filii ita loquitur' Psalm. 2.
Aug. Quanquam per hoc q̄ dicit hodie, possit in- In tom. 8. in
telligi dies ille quo Christ⁹ secundum hominem expositione
nat⁹ est: tamē q̄a hodie præsētiā significat, atq; huius E. o
in ēternitate neq; præteritum quicquā est, quasi hodie psal.
esse desierit: neque futurum, quasi nondum sit: 2:
sed præsens tantum, quia quicquid ēternum est,
semper est: diuinitus tamen accipitur de sem-
piterna generatione sapientiæ Dei. Ecce his ver-
bis ostendit Aug. quod generatio filii semper est,

D 5

nec